



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

23. De sancta Eucharistia à Donatistarum Episcopis canibus proiecta, & quomodo canes diuina vltione in rabiem acti, eosdem dominos suos laniauerrunt, & de Ampulla Chrismatis è senestra proiecta, quæ, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

Pater re noua audita, furore percitus, fornax
 ubi vitrum conformabat, succendit, & pu-
 rum arreptum, in eum prunis flamma suffu-
 cata candentem coniecit, ob factum tale in-
 tus: quamuis filius sciens nihil admisisset. Pe-
 rò mater ubi puerum diutius non compar-
 tem quæsuisset, & non inuenisset, urbem
 omnem circumiit, perquam acerbè plorans
 que lugens: & die tertio ad officinam man-
 consistens, ingenti planctu seipsam lanias
 prolixiusq; ingemiscens, filium vocauit. At
 ille materna voce agnita, responsum è furno
 reddidit. Tum mater ostio furni fracto, cum
 miraculo maximo, in mediis prunis puerum
 stantem vidit, ita prorsus incolumem, nisi
 capillum quidem flamma læferit. Et ubi ce-
 sam incolumitatis quæsiuit, mulierem qua-
 dam illustrem, purpurea amictam stola, lo-
 quentius ad eum venisse, aquam sibi infusa-
 se, & flammam ea appropinquantem extin-
 xisse, Cibum etiam cum esuriisset præbuit
 dixit. Hæc postquam Iustinianus cognouit
 puerum cum matre diuino regenerationis
 uacro adhibuit, Deoq; dicauit. Patrem autem
 qui Christianorum sacra suscipere non sul-
 nuit, veluti parricidam, in ficum arborem p-
 inde atque in crucem egit.

Optatus Mileuitanus Episcopus lib. 2. contra Donatistas, de S. Eucharistia à Donatistarum Episcopis canibus proiecta, & quomodo canes diuina

*ne in rabie acti, eosdem dominos suos laniduerunt:
de ampulla Chrysmatis e fenestra proiecta, qua
ne frangeretur, angelica manu suscepta est.*

CAP. XXIII.

INter alia nefanda Donatistarum flagitia, de subuersis altaribus, de stupratis castimonialibus, Eucharistiæ contumelia, &c. narrat D. Opratus Episcopus Mileuitanus lib. 2. de schismate Donatistarum, Vrbanum Formensem, & Felicem Idicrensem Donatistarum Episcopos sacrum Chryisma impiè violasse in Mauritania: Et quod vobis, inquit, leue videtur, facinus inmane cõmissum est, vt omnia sacrosancta supra memorati vestri Episcopi violarent. Iusserunt Eucharistiam canibus fundi, non sine signo diuini iudicij. Nam iisdẽ canes accensi rabie, ipsos dominos suos quasi latrones sancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos & inimicos laniauērunt. Ampullam quoque chrysmatis per fenestram vt frangerent, iactauerunt, & cum casu adiuuerat abiectio, nõ defuit manus angelica, quæ ampullam spiritali subuectione deduceret, proiecta casum sentire non potuit. Deo muniante illæsa inter saxa confedit.

Rupertus Tuitiensis Abbas, in libro de incendio oppidi Tuitiensis cap. 3. de sacro Corporali (cui in tremendis imperiis imponitur corpus Dominicum) flammis obiecto, in quod ignis vim suam exercere non potuit.